



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annotationes Ioannis Bugenhagij Pomerani in decem epistolas Pauli

Bugenhagen, Johannes

Basileae, 1524

VD16 B 9232

Capvt XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36165**

Fraterna charitas maneat.

**P**Araneses Christianissimos in hoc capite scribit.

Iesus Christus heri & hodie.

Id est, quapropter nihil metuite, ne doctrina Christi mutetur aut pereat, quemadmodum impij dicunt.

Habemus altare, de quo, &c.

**Christia** Altare inuisibile est Christus, qui idem supra ponti-  
**norū unum** tari, id est per Christum: quemadmodum Petrus di-  
**altare est** cit epistola 1. cap. 2. Nullæ preces suscipiuntur, nihil  
**Christus.** recipimus à deo, nisi in hoc altari. Si quid, inq̃t, petierit  
patrē in nomine meo, dabit uobis. Et ne hic somni-  
es aliud altare (quanquam & ipsa uerba clara sint)  
non hic dici de lapidibus unctis, sed de altari, quod ali-  
ud est quàm legis illud ueteris, Author se infra expos-  
nit, dicens: Per ipsum igitur offerimus, &c. Sed neq̃  
de sacramento Eucharistiæ hic dici clarum est, cum de  
manducatione loquitur ex altari: quoniam Christiani  
præter Christum aliud altare non habent. Ad uene-  
randum illud corporis Christi sacramentum sumen-  
dum non opus est altari, nisi illis qui sacrificium ex tes-  
tamento Christi fecerunt. Externum sacramentum

est, externis tractatur manibus, in externo aliquo loco: ad quod nihil retulerit, siue lignea sit, siue lapidea mensa: nisi dicas Christum peccasse, qui in lignea mensa creditur coenasse: aut peccatum esse, quādo moriturus datur sacramentum in suis ædibus, &c. Aduerte uero diligenter, quod dicit ex hoc altari non esse fas ut edant, qui tabernaculo deseruiūt. In lege qui seruebant altari, uiuebant de altari, sicut & Paulus citat 1. Corinth. 9. Simile adducens, ut ostendat ministris uerbi licere uiuere ex sumptu auditorum. Edebant illi ex carnibus & panibus oblati: ex hoc autē altari Christo, nemini licet edere, imò nemo potest edere, qui tabernaculo Moysi deseruit: id est, qui cultum dei in rebus externis huius mundi deputat: qui per iustitias & opera legis quærit salutem: multo minus qui per opera traditionum humanarum. Quod ut intelligas, uide ea quæ scribuntur Ioannis 6. Hoc est opus dei, &c. Id quod hic aptissima figura, & nō aliò spectant, author ostendit ex Numerorum 19. Nam dum Christus introiuit in sancta inuisibilia per proprium sanguinem, uoluit corpus suum extra ciuitatem incendi deo in cruce in holocaustū, suauissimum quidem deo, sed tamen ignominiosum mundo: sicut tunc corpora animantium pro peccato immolatorum, per quorum sanguinem introiuit pontifex in sancta, non cremabantur cum gloria in altari legis, sed cum ignominia

ANNOT. IOANNIS POMERANI.

eijciebantur extra castra, & cremabantur, ita ut  
etiam crematores immundos crederent: quia adhuc  
figura erat. Exeamus igitur, inquit, cum Iesu, extra  
elementa huius mundi, ignominiam mundi fe-  
rentes (dum interim gloriosi sunt mundo  
hypocritæ, & iustitiarij ses-  
cundum mundi ele-  
menta) ut tandem toti huic mundo  
cum Christo moriamur.

Annotationum Ioannis Bugenhagij  
Pomerani in epistolas  
Pauli.

F I N I S.